



mulés, ils font connaître la doctrine et la foi catholiques même à ceux qui ne les acceptent pas. On ne reproche pas à St. Bernard de Clairvaux, qui a tant prêché la piété mariale, de n'avoir pas accepté la doctrine de l'Immaculée Conception, parce que cette doctrine n'était pas claire à son époque.

Le schéma introduit dans le n. 54, p. 203, lig. 5, le titre « Mediatrrix ». Ce titre évoque immédiatement l'article de foi sur le « Unus Mediator inter Deum et homines ». Si un texte doctrinal du Concile donne ce titre à la Sainte Vierge, il devra clairement énoncer la doctrine impliquée, pour ne pas confondre la foi des fidèles catholiques et ne pas rendre incompréhensible notre foi à nos frères séparés. Le texte proposé n'explique rien. Ce n'est point un avantage. Où allons-nous si nous avons dans une question, qui touche directement la foi, un mot du Concile qui crée plutôt des problèmes au lieu d'éclaircir le contenu de la foi?

Parmi les titres qui appartiennent au Seigneur Jésus il y en a plusieurs qu'on peut appliquer, modo analogo, aux créatures, et en particulier à la Sainte Vierge Marie; il y en a d'autres dont l'application analogique bien que compréhensible pour les théologiens, porte inévitablement le risque d'obscurcir pour les simples fidèles les grands articles de la foi, comme par ex. les titres « Christ », « Rédempteur », « Médiateur ».

Il me semble que cette doctrine de la « Mediatrrix » n'est pas mûre, et que du moins ce vocable devrait être supprimé. Si Dieu veut que la doctrine de la médiation de Marie dans l'œuvre du salut soit proclamée par l'Eglise, il éclaircira le sensus fidei à ce point et la rendra claire en son temps. Pour le moment il me semble souhaitable de s'en abstenir dans cette constitution.

51

EXC.MUS P. D. CAROLUS WOJTYŁA
Archiepiscopus Cracoviensis

Cap. VIII schematis *de Ecclesia* tractat de B. Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae. Cum tamen caput illud est ultimum in schemate, doctrina in ipso contenta magis videtur iuxta-posita quam composita doctrinae totius schematis, magis apparet ut aliquod corollarium quam ut pars. Et hoc nec videtur esse iustum nec obiecto suo consonum.

Munus enim Virgini Deiparae proprium consistit in aedificando Corpore Christi mystico sicut consistebat prius in edendo Corpore eius physico. Unum nequit esse sine alio. Maria generans Filium Dei, initium dedit operibus Redemptionis et Salvationis a Filio suo peractis. Simul etiam ipsa ut Mater in actibus Filii et in operibus ab Illo peractis plenissime participavit. Nulli aliae creaturae voluntas salvifica Dei, quae in missione Filii manifestatur, tali modo fuit propinqua quam Deiparae. Unde etiam oritur relatio eius ad Ecclesiam, haec enim opera Redemptionis et Salvationis a Christo peracta



continuat in saecula — et ipsam voluntatem Dei salvificam permanenter hominibus demonstrat.

Unde locus conveniens, in quo doctrina de Virgine Deipara doctrinae de Ecclesia componatur videtur esse post primum et ante secundum caput schematis. Oportet saltem, ut ibi commemoretur, si non ex toto evolvatur. Videtur de cetero, quod munus salvificum Ecclesiae in schemate non est expressum sufficienter. Ecclesiologia schematis non videtur sufficienter soteriologica. Ex hac parte non apparet etiam sufficienter finalitas Ecclesiae: Ecclesia sicut Christus vult hominibus, immo, toto generi humano praestare salutem. Hoc est munus eius, hic est finis cui servit in mundo cuiusvis temporis. Et in hoc munere in hoc quoque servitio proximam sibi habet Ecclesia Deiparam Virginem. Oportet caput de Maria Virgine in schemate ita componere ut non solum dignitati Deiparae optime correspondeat, sed etiam Ecclesiam ipsam sub aspectu magis soteriologico nobis ostendat.

52

EXC.MUS P. D. VINCENTIUS FAUSTINUS ZAZPE
Episcopus Raphaelensis

Patres subsignantes, sequentes animadversiones circa cap. VIII: « De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae » proponunt:

Pag. 198 (linn. 5-7), ut simplificantur, ratione sobrietatis: « supereminens prorsusque singulare... spectatissimum... ».

Pag. 198 (linn. 8, 9), ut loco « filiali pietatis affectu se prosequi semper professa est » dicatur: « *Filiali pietatis affectu et fiducia prosequitur* », ut vitentur disputationes et distinctiones innecessariae.

Pag. 198 (linn. 26-31), ut omittantur haec verba, siquidem a lin. 31 seq., hoc ipsum describitur. Ex alia parte, hoc locum aptius videtur ut introducatur thema biblicum et oecumenicum circa B. M. V. filiam Sion.

Pag. 199 (linn. 23-25), ut dicatur melius: « ... Haud minor poterat esse, *revelatione praesupposita*, quam Dei Matrem... », ad vitandas consequentias aliquo modo arbitrarrias.

Pag. 199 (lin. 32), ut dicatur, loco « gratia plena », « *Deo grata, seu gratia plena* », quia verba illa sensum verbi « kecharitomene » litteraliter non exprimunt. Quamvis theologus hanc deductionem facere possit, tamen, si textum biblicum citatur, sensum proprium exprimere necesse est.

Pag. 202 (lin. 7), ut loco « maternum munus », dicatur: « *Mariae autem munus erga homines...* » ut sensum verborum clarius appareant.

Pag. 202 (linn. 15-17), ut melius dicatur, iuxta formulam a S. E. R. Henriquez propositam, « *ipsamque nullo modo mediatam reddit* », loco verborum « Directam vero unionem... nullo modo impedit sed fovet ». Hoc modo, et quidem brevius, pietas christiana recte ordinatur ad vitandam confusionem quae saepissime in fidelibus invenitur; Maria enim apparet ut mediatrix materialis, ut si Maria proxima nobis, Iesus autem longius.